Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



131

Ezechiel

fornicata es in nomine tuo et ex
posuisti omnem fornicationem tuam
omni transeunti ut eius fieres.
et sumens de vestimentis tuis
fecisti tibi excelsa hinc inde con
sita. et fornicata es super eis
sicut non est factum neque futurum
est. et tulisti vasa decoris tui
de auro meo et argento meo
que dedi tibi. et fecisti tibi imag
ines masculinas et fornicata
es in eis. et sumpsisti vestimenta
tua multicolora. et operuisti il
las. et oleum meum et thimiama
meum posuisti coram eis. et panem
meum quem dedi tibi similam et o
leum et mel quibus enutrivi te
posuisti in conspectu eorum in odorem
suavitatis. et factum est ait dominus deus
et tulisti filios tuos et filias tu
as quas genuisti mihi. et immolas
ti eis ad devorandum. Numquid
parva est fornicatio tua immolare
filios meos. et dedisti illos consecra
ns eis. et post omnes abhomina
tiones tuas et fornicationes tuas
es recordata dierum adolescentiae
tuae. qui eras nuda et confusione
plena. conculcata in sanguine tuo. et
accidit post omnem malitiam tuam
ve ve tibi. ait dominus deus. et edi
ficasti tibi lupanar et fecisti tibi
fornicem in cuncta platea. ad omne
caput viae edificasti pegma pro
stitutionis tuae. et abhominabilem
fecisti decorem tuum. et divisisti
pedes tuos omni transeunti. et mul
tiplicasti omnes fornicationes
tuas. et fornicata es cum filiis
egypti vicinis tuis magnarum
carnium. et multiplicasti fornica
tiones tuas ad irritandum me.
Ecce ego extendam manum meam
super te. et auferam iustificationem
tuam. et dabo te in animas odientium
te filiarum palestinarum. quae con
fundentur in via scelerata tua. et
fornicata es in filios assyriorum
eo quod nec dum fuisses expleta. et
postquam fornicata es nec sic es
satiata. et multiplicasti fornica
tiones tuas in terra chanaan cum
chaldeis. et nec sic satiata es
in quo mundabo cor tuum ait dominus
deus. cum facias omnia haec opera
mulieris meretricis et procacis
cum fabricasti lupanar tuum
in capite omnis viae. et excelsum
tuum fecisti in omni platea. Nec fuit
es sicut meretrix fastidio augens
pretium. sed sicut mulier adultera. qui
super virum suum inducit alienos
omnibus meretricibus dantur mercedes
tu autem dedisti mercedes cunctis a
matoribus tuis et donaverunt donabas
eis ut venirent ad te undique ad
fornicandum tecum. factumque est in
te contra consuetudinem mulierum in
fornicationibus tuis et post te non
erit fornicatio. in eo enim quod de
disti mercedes et mercedes non
accepisti. factum est in te contrarium
propterea meretrix audi verbum
domini. haec dicit dominus deus. quia
effusum est aes tuum. et revelata
est ignominia tua in fornicati
onibus tuis super amatores tuos
et super idola abhominationum tua
rum in sanguine filiorum tuorum quos
dedisti eis: ecce ego congregabo
omnes amatores tuos quibus com
mixta es. et omnes quos dilexi
sti cum universis quos odisti et
congregabo eos super te undique et